



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XVII. Cur Angeli peccato mortali offendantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

commiffum ſibi deſiſitū, com-
muni Domino præſentant, in
ſancta ſanctorum ducunt, vbi
Deus facie ad faciem videtur, e-
aſq; ſuis coaptant locis, pōdera-
tis eorū meritis. Beneficia hæc,
quæ & multa ſunt, & magna,
& perpetua, gratam memoriã
requirunt, vt & ſummam vene-
rationem ac honorē. Sed, prohi-
dolor, benefactores tanti à pec-
catoribus grauiter offenduntur.
O peccati mortalis malitiã plus
quàm barbaram.

CAPVT XVII.

*Cur Angeli peccato mortali offen-
dantur?*

IDeo primùm, quòd ipſorum *Iob. 26. 11.*
Dominum, coram quo *cæli co-
lumna contremiſcunt, & pauent ad-
nutum eius*; & Seraphini ipſi in
conſpectu illius faciem, & pedes
ſuos velant, audeat is offendere,
D 7 iniu-

*Serm. de
S. Mich.*

iniuriaque adeo & contumelia
afficere, qui sterquilinum est
putidissimum, teterrimorum
vermium examen, putredo ip-
sa, stipula, palea. Eo deinde ipso,
quo peccator se ipse, per pecca-
tum lædit, læduntur & ipsi, ut-
pote illorum *in natura cognatus*,
quemadmodum D. Bernardus
loquitur. Quia rursus impi-
us, in tenebricoso naturæ an-
tro versans homuncio, crassa
carne involutus, corporisque
mole pressus, cum peccato, se
turpiter obstringit, nullam ra-
tionem habet præsentia eor-
um, qui tantæ tamen digni-
tatis sunt in natura, tantæ per-
fectionis in gratia, & tantæ emi-
nentia in gloria, Deo utpote si-
miles, quadam ratione, magni
certè cœlorum regis aulici, ijque
gratiosissimi. Ea item de caus-
sa, quia eorum consilia & mo-
nita

nita negligit, vt & grati animi
significationem, quæ tot tan-
tisque illorum meritis ac bene-
ficiis, custodiæ imprimis, de-
fensionis & propugnationis
merito debetur. Illa insuper,
dum enim peccatum ille admit-
tit illos à se ablegat: Id quod
his verbis D. Basilius indicat: *In Ps. 33.*

*Omni credenti in Dominum Ange-
lus aſidet, ſi non ipſum nos per pra-
ua opera fugauerimus; ſicut enim
apes fugat fumus, & colum-
bas graueolentia pellit; ſic cu-
ſtodem vitæ noſtræ, lachry-
moſum & graueolens abigit
peccatum. In cauſis offen-
ſionis & illud numerari poteſt,
quod peccator indignum ſe fa-
ciat ſedibus illis, quas in cælo,
benè viuendo, repleturus e-
rat. Quia tandem fine & in-
tentione ſua illi priuantur, gau-
dioque*

dioque adeo accidentali, quo exultarent, si eorum preces, & curæ amore plenissimæ, vitato peccato effectui darentur. Cuius argumento lætitia est, qua complentur, cum per pœnitentiam salutarem peccator ad gratiam resurgit; Gaudio autem accidentali? beatitudine etiam & gloria ampliore. Quid Angeli reponēt? victas de impio apud Deum que relas deponent, eosq; ipse, in die mortis suæ, testes infensissimos experietur.

CAPVT XIIIX.

Sancti Dei peccato mortali offenduntur.

Ioan. 1. 13. **I**lli, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt, filijque adeo eius excelsi, Christique seruatoris nostri fratres; quique, cùm adhuc in terris versaremur, veram puramq; fidei